Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IOHAN

nomine cum esset pontifex anni
illius prophetauit dicens. Vos
nescitis quidquam nec cogitatis
quia expedit uobis ut unus mo
riatur homo pro populo. et non
tota gens pereat. Hoc autem a se
met ipso non dixit sed cum esset pon
tifex anni illius prophetauit qa
ihesus moriturus erat pro gente et
non tantum pro gente sed ut filios
dei qui erant dispersi congregaret
in unum. Ab illo ergo die cogita
uerunt ut interficerent eum. Ihe
sus ergo iam non palam ambula
bat apud iudeos. sed abiit in re
gionem iuxta desertum in ciui
tatem que dicitur effrem. et ibi mo
rabatur cum discipulis suis. Pa
xima autem erat pascha iudeorum
et ascenderunt multi iherosolima
de regione ante pascha ut sancti
ficarent se ip[illegible]sos. Quere
bant [illegible] ergo ihesum
et [illegible] colloquebantur ad
invicem in templo stantes. Quid
putatis quia non ueniat ad diem
festum. Dederant autem pontifices
et pharisei mandatum ut si quis
cognouerit ubi sit indicet ut ap
prehendant eum. XII
Ihesus ergo ante sex dies paschae
uenit bethaniam ubi fuerat la
zarus mortuus quem suscitauit
ihesus. Fecerunt autem ei ibi cenam
et martha ministrabat. Lazarus
uero unus erat ex discumbentibus
cum eo. Maria ergo accepit libram
unguenti nardi pistici pretiosi. et
unxit pedes ihesu et extersit capil
lis suis pedes eius. et domus imple
ta est ex odore unguenti. Dicit ergo
unus ex discipulis eius iudas scari
othis qui erat eum traditurus. Qua
re hoc unguentum non uenditum est
trecentis denariis et datum egen
is. Dixit autem hoc non quia de ege
nis pertineret ad eum. sed quia fur
erat et habens loculos ea que mit
tebantur portabat. Dixit ergo ihe
sus. Sinite illam ut in diem sepul
ture mee seruet illud. Pauperes enim
semper habetis uobiscum me autem non
semper habebitis. Cognouit autem
turba multa ex iudeis quia illic est.
et uenerunt non propter ihesum
tantum. sed ut lazarum uiderent
quem suscitauit a mortuis. Cogita
uerunt ergo principes sacerdotum
ut et lazarum interficerent qa multi
propter illum abibant ex iudeis.
et credebant in ihesum. Insequen
tem autem turba multa que uenerat
ad diem festum cum audissent qa
uenit ihesus iherosolimam acce
perunt ramos palmarum et pro
cesserunt obuiam ei et clamabat
osanna. benedictus qui uenit in nomine
domini rex israel. Et inuenit ihe
sus asellum et sedit super eum sicut
scriptum est. Noli timere filia syon.
ecce rex tuus uenit tibi sedens sup
pullum asine. Hoc non cognouerunt
discipuli eius primum. sed quando glo
rificatus est ihesus tunc recorda
ti sunt quia hec erant scripta de
eo. et hec fecerunt ei. Testimonium

ergo phibebat turba.